

43 Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηναῖ ἐπάρχῳ πραιτω-  
 ρίων τῆς τῶν ἀγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν εὐα-  
 γῶν μοναστηρίων προνοοῦντες σεμνότητος ἀπαγορεύο-  
 μεν πᾶσι τοῖς οἰκοῦσι μοναστήρια συνδιατάσθαι  
 γυναιξὶ μοναστήριας ἢ πρόφασιν τινα ἐπινοεῖν τοῦ  
 κοινωνίαν τινα πρὸς αὐτὰς ἔχειν (τοῦτο γὰρ δικαίαν  
 ὑπόνοιαν εἰσάγει τοῦ συνεχῶς καὶ ἡνίκα ἂν βούλωντο  
 συντυγχάνειν αὐταῖς), ἀλλ' οὕτω κεχωρισμένους εἶναι,  
 ὥστε μηδεμίαν μετουσίαν πρὸς ἀλλήλους καθ' οἴαν-  
 οῦν αἰτίαν ἔχειν αὐτοὺς μηδὲ ἐξευρίσκεισθαι τινα  
 πρόφασιν ἢ τούτοις ἢ ἐκείναις τῆς μετ' ἀλλήλων δια-  
 1 γωγῆς. Ἀλλὰ μόνους μὲν καθ' ἑαυτοὺς ἀνδρας ἐν  
 ἐκάστῳ μοναστηρίῳ διάγειν τῶν καθ' οἴανοῦν αἰτίαν  
 πλησιάζουσῶν αὐτοῖς μοναστηρίων κεχωρισμένους, μόν-  
 2 νας δὲ καθ' ἑαυτὰς γυναικας οὐκ ἀναμιγνυμένας ἀν-  
 δράσιν ὑπὲρ τοῦ πάσαν ὑπόνοιαν ἀσέμνον συνδιαγω-  
 2 γῆς παντελῶς ἀναιοεθῆναι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρες  
 εἶεν οἱ πλείονες, προσήκει προνοία τῶν ἐν ἐκάστῃ πόλει  
 θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὰς γυναικας εἰς ἕτερον  
 ἐπιτηδεῖον τόπον μεθίστασθαι καὶ δοθῆναι μοναστή-  
 ριον αὐταῖς, ἐν ᾧ δεήσει καθ' ἑαυτὰς τοῦ λοιποῦ  
 3 σεμνῶς διατάσθαι. Εἰ δὲ πλείονες εὐρεθῆεν αἱ  
 γυναικας οὐσαι ἢ καὶ ἰσάριθμοι, τοὺς μὲν ἄνδρας μεθ-  
 4 ιστάσθαι, τὰς δὲ γυναικας ἐν τῷ μοναστηρίῳ μένειν.  
 4 Ὅστε μέντοι τὰ πράγματα τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου  
 κινητὰ καὶ ἀκίνητα καὶ ἀτοκίνητα τοὺς ἐξιόντας πρὸς  
 5 τοὺς μένοντας κατ' ἀναλογίαν μερίζεσθαι. Ταῖς  
 δὲ ἀναγκαίαις ἀποκρίσεσι τῶν καθ' ἑαυτὰς μοναζου-  
 σῶν γυναικῶν ἕνα γέροντα παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου  
 ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἀφορίζεσθαι, εἰς δὲ τὸ τὰς  
 6 θείας ἐκτελεῖσθαι λειτουργίας καὶ τῆς ἀγίας αὐταῖς  
 μεταδίδεσθαι κοινωνίας ἕνα πρεσβύτερον καὶ ἕνα δά-  
 κωνον σεμνοῦ βίου τυγχάνοντας δίδεσθαι τοὺς μόν-  
 7 τὰ εἰρημένα πράττειν ὀφειλοντας, οὐ μὴν διατάσθαι  
 8 καὶ συνοικεῖν αὐτοῖς. Τούτων γὰρ δὴ φυλαττομέ-  
 νων καὶ αὐτοῖς εὐδαίμων ὁ βίος ἔσται τοῖς μονάζειν  
 αἰρουμένοις καὶ τὰ τῆς κοινῆς ἡμῶν πολιτείας πράγ-  
 9 ματα ἐτοιμοτάτης τεύξεται τῆς τοῦ φιλανθρωποῦ θεοῦ  
 7 βοηθείας. Ἄ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμά-  
 των καὶ νῦν καλῶς ἔχειν ἐδοκιμάσαμεν, ταῦτα ἔστι,  
 καὶ πεποιδάμεν, ὡς οὐ μικρὰ κἀνταῦθα διαφανήσεται  
 προστιθεμένη τούτοις ἐκ τῆς θείας ἡμῶν ταύτης δια-  
 8 (1) τάξεως ὠφέλεια. Δεῖ δὲ παραφυλακῆς ἀκραι-  
 βεστάτης εἰς τὸ κατὰ μηδένα τρόπον υπερβαίνεσθαι  
 ταῦτα, ἥτις οὐκ ἄλλως ἂν γένοιτο ἢ τῶν θεοφιλεστά-  
 των ἐκάστης πόλεως ἐπισκόπων ἐφορῶντων ἐπιμελῶς  
 τὰς τῶν μοναχῶν τῶν διαγόντων ἐν μοναστηρίοις  
 τεταγμένοις ὑπὸ τῆν αὐτῶν φροντίδα διατριβῆς, καὶ  
 εἰ τινος αἰσθῶντο τοιούτου πταίσματος, πᾶσι τρόποις  
 εἰργόντων τὸ παρ' αὐτῶν ἐγχειρούμενον καὶ ποιναῖς  
 μὲν ὑπαγόντων τοὺς μετὰ τῆν ἡμετέραν ἀπαγόρευσιν  
 9 ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνεχομένους, ἀναγκαζόντων δὲ τὰς  
 αὐτῶν διατριβῆς καθαρὰς καὶ κεχωρισμένας εἶναι

9 γυναικείας συνδιαγωγῆς. Καὶ αὐτοῖς γὰρ τοῖς Θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, εἰ μέλλοιεν ὀρθῶς τὰ περὶ τούτου διαλογίζεσθαι, γνώριμόν ἐστιν, ὡς ἐκ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν σεμνὴν ταύτην τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν διαγωγὴν καὶ μηδὲν ἀπρεπὲς ἢ ἄσεμον αὐτῇ προσγίνεσθαι τὸν φιλόφρονον Θεὸν εὐμενῆ τὰ κοινὰ πράγματα τῆς ἡμετέρας ἕξει πολιτείας.

10 (2) Ἀλλ' ὡς ἂν μηδὲ αὐτοὶ οἱ Θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι παρέργον ἠγήσονται τὸ θεῖον ἡμῶν τοῦτο παράγγελμα, γνώσκουσιν αὐτοὺς βουλόμεθα, ὡς, εἰ τις αὐτῶν φανεῖται μὴ σὺν ἀκριβεῖα πάσῃ ταῦτα διερευνώμενος ἢ διαφανέν τὸ πταίσμα μὴ κατὰ τοὺς εἰρημῶν ἐπανορθῶν τρόπους, ἐνοχος μὲν ἔσται τῷ κρίματι τοῦ δεσπότη Θεοῦ καὶ νῦν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἕξει τὰ τῆς βασιλικῆς ἡμῶν κινήσεως καὶ περὶ αὐτὴν κινδυνεύσει τὴν ἰερωσύνην, οὐδὲ ἄλλης μεζονος ἐνδεούσης ἀναγκησεως. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὴν θεῖαν ἡμῶν ταύτην νομοθεσίαν φανερὰν καταστησάτω τοῖς ἐν ἐκάστη μητροπόλει Θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ τοῖς λαμπροτάτοις ἀρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν, προστιθέμενος τὸ καὶ αὐτούς, εἰ δεήσει<sup>1</sup>, πᾶσαν διδόναι βοήθειαν τοῖς εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων ἐπισκόποις, ἐφ' ᾧ ταῦτα κωλύειν, ἅπερ ἀναιρεθῆναι προσετάξαμεν, καὶ εἰ τιτι ῥαθυμία χρωμένους αὐτοὺς εὐροιοιεν, φανερὰν ἡμῖν ταύτην δι' οἰκείας ποιεῖν μηρῶνσεως, ὡς ἂν ἅπαντες εἰδεῖεν τὰ παρ' αὐτῶν ὀφείλοντα διαφυλάττεσθαι καὶ τὴν ἐξ ἀμελείας διωρισμένην

12 ποιήν. Φροντίσειαν τε οἱ Θεοφιλέστατοι μητροπολίται τοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ποιῆσαι φανερὸν τὸν θεῖον ἡμῶν τοῦτον νόμον καὶ παρεγγυῆσαι πᾶσιν ἀγρόπῳ σπουδῇ ταῦτα φυλάττειν, δεδιόσι τὸ διορισθῆναι ἐπιτίμιον. Ἐπεὶ δὲ τοῦ μὴ παρελκυσθῆναι τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς θείας ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας, ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὺς τοὺς εὐλαβεστάτους μοναχοὺς τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος συνδιαιτωμένους μοναστριαῖς ὀλίγον νομίσει χροὸν αὐτοῖς ἐνδεδοσθαι πρὸς τὸν ὀφείλοντα γενέσθαι χωρισμόν, ἐνιαυσιαῖον τοῦτον ὀρίζομεν, ψηφίζόμενον ἀφ' οὐπερ ἂν ἐμφανῆς ὁ θεῖος ἡμῶν οὗτος νόμος γένηται, ὥστε μετὰ τὴν τοῦ ἔτους παραδρομῆν, εἰ φανεῖται τὰ τῆς κοινῆς διαίτης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντα σχήματος, ἀρμόσαι παντὶ τρόπῳ τὰς ἐγκειμένας τῷ θεῷ ἡμῶν νόμῳ τούτῳ ποιῶν. D. XV k. Febr. Decio cons. [a. 529]

id est:

*Idem A. Menae pp.*

Sacrosanctarum ecclesiarum venerabiliumque monasteriorum decori consulentes interdiciamus omnibus qui in monasteriis degunt cum sanctimonialibus mulieribus conversari vel causam comminisci communicandi cum iis (iustam enim suspicionem excitat adsidue eos et quodcumque voluerint cum illis conversari), sed ita segregati sint, ut nullum inter se qualemcumque ob causam commercium sit neque ullus vel his vel illis inter se commeandi praetextus excogitetur.

1 ¶ Sed viri per se soli in singulis monasteriis commorentur separati a sanctimonialibus, quae ob quamlibet causam eis adgregatae sunt, et solae per se mulieres, non viris commixtae, ut omnis omnino suspicio in decori commercii tollatur.

2 ¶ Et si quidem virorum maior pars est, mulieres provisione religiosissimi uniuscuiusque civitatis episcopi in alium convenientem locum transferri usque monasterium adsignari convenit, in quo per se ipsas in posterum honeste commorari debebunt.

3 ¶ Sin autem mulierum vel maior vel idem numerus invenietur, viri transferantur, mulieres vero in monasterio remaneant.

4 ¶ Res autem eius monasterii mobiles immobilesque et se moventes qui exeunt cum iis qui manent pro rata parte dividant.

5 ¶ Ad necessaria autem negotia mulierum per se viventium unus senex a beatissimo civitatis episcopo designetur, ad divina vero ministeria peragenda sanctamque communionem praebendam presbyter unus et unus diaconus honestae vitae deputentur, qui ea sola quae dicta sunt facere debeant, non tamen commorari et habitare ibidem.

6 ¶ Quae si observabuntur, et ipsis qui solitarie agunt felix vita erit et communi nostrae rei publicae promptissimum clementis dei auxilium parabitur.

7 ¶ Haec sunt, quae in rebus communibus etiamnum recte se habere putavimus et manifestum fieri credidimus, quod haud parvam iis inde utilitatem addiderimus.

8 ¶ Diligentissima autem custodia opus est, ne ea ullo modo transgrediantur: quae fieri aliter non poterit, nisi religiosissimi singularum civitatum episcopi diligenter vitam monachorum in monasteriis, quae ipsorum curae subdita sunt, degentium custodiant et quando eiusmodi lapsus animadverterint, omnibus modis eorum conatum reprimant ac sumpta poena de iis, qui post nostram prohibitionem adhuc perseverent, ad vitam puram ac muliebri commercio vacuam eos compellant.

9 ¶ Nam et ipsis religiosissimis episcopis, si recte in eam rem intuentur, notum est, si honesta haec devotissimorum monachorum vita custodiatur nec indecens quicquam vel inhonestum accedat, clementem deum propitium communibus nostrae rei publicae rebus fore.

10 ¶ Verum ne vel ipsi religiosissimi episcopi hoc praeceptum nostrum supervacaneum putent, scire eos volumus se, si quis eorum visus fuerit non cum omni diligentia haec investigasse vel manifestam offensionem non secundum praedictos modos emendasse, domini dei iudicio obnoxios fore et in se iam imperiali motu nostro verso circa ipsum sacerdotium periclitaturos neque alia maiore animadversione vacaturos.

11 ¶ Tua igitur excellentia hanc sacram legem nostram palam faciat religiosissimis episcopis metropolitanis et clarissimis provinciarum praesidibus eo addito, quod et ipsi, si opus est, omne auxilium devotissimis civitatum episcopis ferre debent, ut ea prohibeantur, quae tollenda esse constituimus: ac si neglegenter eos agere invenerint, relatione sua id nobis denuntient, ut omnes cognoscant, quid ab eis observandum sit et quae neglegentiae poena statuta sit.

12 ¶ Religiosissimi autem metropolitae curent etiam reliquis devotissimis civitatum episcopis eiusdem provinciae sacram nostram legem patefacere omnesque cohortari, ut metu constitutae poenae indefesso studio ea observent.

13 ¶ Ne autem plena sacrae nostrae legis observatio protrahatur neve ipsi devotissimi monachi, qui in praesenti una cum sanctimonialibus habitant, breve temporis spatium ad peragendam impositam separationem permissum sim putent, annale id esse definimus computandum ab eo die, quo haec sacra lex nostra palam facta erit, ut si post annum elapsum communem vitam durasse apparuerit, omnimodo poenis sacrae nostrae legi insertis locus sit.